

## SENTENTIAE, CH. XXVII, PARS I

### Practice and Review # 1–6, 14

1. Quisque cupit quam pulcherrima atque ūtilissima dōna dare.
  2. Quīdam turpēs habent plūrima sed etiam plūra petunt.
  3. Ille orator, ab tyrannō superbissimō expulsus, ducem iūcundiōrem et lēgēs aequiōrēs dehinc quaesīvit.
  4. Summum imperium optimīs virīs semper petendum est.
  5. Senex nepōtibus trīstibus casam patefēcit et eōs trāns līmen invitāvit.
  6. Ostendit hostēs ultimum signum lūce clārissimā illā nocte dedisse.
- 
14. In return for the three rather small gifts, the young man gave even more and prettier ones to his very sad mother.

## Sententiae Antiquae #1–6

1. Trahit mē nova vīs: videō meliōra probōque, sed peiōra tantum faciō et nesciō cūr. (Ovid.)
2. Quaedam carmina sunt bona: plūra sunt mala. (Martial.)
3. Optimum est. Nihil melius, nihil pulchrius hōc vīdī. (Terence.)
4. Spērō tē hunc nātālem et plūrimōs aliōs quam fēlicissimōs āctūrum esse. (Pliny. — **nātālis [diēs]**, *birthday*.)
5. Quoniam cōsilium et ratiō sunt in senibus, maiōrēs nostrī summum concilium appellāvērunt senātum. (Cicero.— **consilium, -ī**, *council*.)
6. Plūs operae studīque in rēbus domesticīs nōbīs nunc pōnendum est etiam quam in rēbus militāribus. (Cicero.— **opera, -ae**, *work, effort*.—**domesticus, -a, -um**.—**mīlirāris, -e**.)